Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

Dominica sancta ad sanctam Mariam

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

furore & aspectus faciei illius immutatus est super sidrac misac & abdenago. & praecepit ut succenderetur fornax septuplum quam succendi solebat. & uiris fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis pedibus sidrac misac et abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim uiri illi uincti cum bracis suis & thiaris & calciamentis & uestibus missi sunt in medio fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis urguebat. fornax autem succensa erat nimis. Porro uiros illos qui miserant sidrac misac & abdenago interfecit flamma ignis. Uiri autem sidrac misac & abdenago ceciderunt in medio camini ignis ardentis colligati. Et ambulabant in medio flammae laudantes dominum & benedicentes dominum.

SAB SCO AD MISSA

LEC EPL BEATI PAULI APLI AD COLOSENS

FRATRES. Si consurrexistis cum Christo quae sursum sunt quaerite ubi Christus est ad dexteram dei sedens. Quae sursum sunt sapite non quae super terram. Mortui enim estis & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit uita uestra tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.

SECUNDUM MATHEUM

Vespere autem sabbati quae lucescit in prima sabbati uenit maria magdalenae & altera maria uidere sepulchrum. Et ecce terraemotus factus est magnus. angelus enim domini descendit de caelo & accedens reuoluit lapidem & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur & uestimenta eius sicut nix. Prae timore autem eius exterriti sunt custodes & facti sunt uelut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite timere uos. Scio enim quod dominum qui crucifixus est quaeritis. Non est hic. Surrexit enim sicut dixit. Uenite & uidete locum ubi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit. Et ecce praecedit uos in galilaeam. Ibi eum uidebitis. ecce dixi uobis.

DOMINICA SCA AD SCAM MARIAM.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

LEC̄ EPL̄ BEATI PAULI APL̄. AD CORINTHIOS.

FR̄S. Expurgate uetus fermentū ut sitis noua consparsio. sicut estis
azymi. Etenim pascha nrm̄ immolatus est xp̄s. Itaq; epulemur.
Non in fermento ueteri. neque in fermento malitiae & nequitiae.
Sed in azymis sinceritatis & ueritatis. **SEC̄ MARCUM.**
In illo tempore. Maria magdalenae & maria iacobi & salome. eme
runt aromata ut uenientes unguerent ihm̄. Et ualde mane una sab
batorū ueniunt ad monumentū. orto iā sole. Et dicebant ad inuicem.
Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti. Et respicientes uider̄ re
uolutū lapidē. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumen
tum. uiderunt iuuenē sedentē in dextris coopertū stola candida. Et obstu
puerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ihm̄ quaeritis nazare
nū crucifixū. surrexit. non est hic. Ecce locus. ubi posuerunt eū. Sed ite
dicite discipulis eius & petro. quia p̄cedit uos in galileā. Ibi eū uidebi
tis. sicut dixit uobis. **LECTIO ACTUŪ APLORUM**
In diebus illis. Stans petrus in medio plebis dix̄. Uiri frs̄. uos scitis qd fac
tum ē uerbū p uniuersā iudeā. Incipiens enī a galilea post baptismum
qd p̄dicauit iohannes ihm̄ a nazareth. quomodo unxit eū dn̄s spū sc̄o &
uirtute. Qui ptransiuit benefaciendo & sanando om̄s oppressos a dia
bolo. quō ds̄ erat cū illo. Et nos testes sumus omniū quae fecit in regione
iudeorū & hierusalē. quē occider̄ suspendentes in ligno. Hunc ds̄ susci
tauit tertia die. & dedit eū manifestū fieri non omni populo. sed testibus p̄
ordinatis a dō nobis qui manducauimus & bibimus cū illo. postquā resur
rex̄ a mortuis. Et p̄cepit nobis p̄dicare populo & testificari. quia ipse
est qui cōstitutus ē a dō iudex uiuorū & mortuorū. Huic om̄s prophe&ae

testimoniū phibent · remissionē peccatorū accipere pnomen eius.
omīs qui credunt in eum · SEQ̄ SCI EUANG SEC̄ LUCA.

In illo tēpr̄ · Duo ex discipulis ihū ibant ipsa die in castellū q̄d erat
in spatio stadiorū sexaginta ab hierusalē nomine emmaus. Et
ipsi loquebant̄ ad inuicē de his omnibus quae acciderant · Et fac
tū ē dū fabularent̄ & secū quererent · & ipse ihs adppinquans ibat
cū illis · Oculi aut̄ illorū tenebant̄ · ne eū agnoscerent · Et ait ad
illos · Qui sunt hi sermones quos cōfertis ad inuicē ambulantes
& estis tristes · Et respondens unus cui nomē cleopas · dixit ei ·
Tu solus peregrinus es in hierusalē · & non cognouisti quae facta
sunt in illa his diebus · Quibus ille dix̄ · Quae · Et dixer̄ · De
ihū nazareno qui fuit uir pph̄a potens in opere & sermone coram
dō & omī populo · Et quomodo eū tradider̄ summi sacerdotes & prin
cipes nr̄i in dānationē mortis · & crucifixer̄ eū · Nos aut̄ sperabamus · quia ipse ess& redempturus isrl̄ · Et nunc sup omīa haec · tertia
dies ē hodie q̄d haec facta s̄ · Sed & mulieres quaedā ex nr̄is terruer̄
nos · quae ante lucē fuer̄ ad monumentū · Et n̄ inuento corpore eius ue
ner̄ dicentes se & iā uisionē angelorū uidisse · qui dicunt eū uiuere ·
Et abier̄ quidā ex nr̄is ad monumentū · & ita inuener̄ sicut mulieres
dixer̄ · Ipsū uero non inuener̄ · Et ipse dix̄ ad eos · O stulti & tar
di corde ad credendū · in omnib: quę locuti s̄ pph̄ę · Nonne haec opor
tuit pati xp̄m · & ita intrare in gloriā suā · Et incipiens a moy
se & omnib: pph̄is · intp̄tabatur illis in omnib: scripturis quę de
ipso erant · Et adppinquauer̄ castello quo ibant · & ipse se finxit
longius ire · Et coeger̄ illū dicentes · Mane nobiscū qm̄ aduespe

rascit. & inclinata ē iam dies. Et intrauit cū illis. Et factū ē dū re
cumberet cū illis. accepit panē & benedixit ac fregit. & porrigebat
illis. Et aperti s̄ oculi eorū & cognouerunt eū. & ipse euanuit ex oculis eorū.
Et dixerunt ad inuicē. Nonne cor nr̄m ardens erat in nobis dū loque
retur in uia & aperiret nobis scripturas. Et surgentes eadē ho
ra regressi s̄ in hierusalē. & inuenerunt congregatos undecī & eos qui
cū ipsis erant dicentes. Qđ surrexit dn̄s uere. & apparuit simoni. Et
ipsi narrabant que gesta erant in uia. & quomodo cognouerunt eum
in fractione panis. LECTIO ACTUŪ APOSTOLORŪ

In diebus illis. Surgens paulus & manu silentiū indicens ait. Uiri fratres
filii generis abrahā. & qui in uobis timent dm̄. uobis uerbū salutis huius
missū est. Qui enī habitant hierusalē & principes eius. ignorantes hunc
& uoces pphetarū que per omne sabbatū leguntur iudicantes impleuerunt.
Et nullā causā mortis inuenientes in eū. petierunt a pilato ut interfice
rent eū. Cūq; consūmassent omnia que de eo scripta erant. depo
nentes eū de ligno posuerunt in monumentū. Ds̄ uero suscitauit eum
a mortuis. Qui uisus ē per dies multos his qui simul ascenderant cū
eo de galilea in hierusalē. qui usq; nunc sunt testes eius ad plebem.
Et nos uobis adnuntiamus eā que ad patres nr̄os repromissio facta ē.
quō hanc ds̄ adimpleuit filiis nr̄is. Resuscitans ihm̄ xp̄m dn̄m nr̄m.

In illo tēpore. Stetit ih̄s in medio discipulorū suorū. SCĒ LUCĀ.
& dicit eis. pax uobis. Ego sū nolite timere. Conturbati uero & conterriti
existimabant se spm̄ uidere. Et dixit eis. Quid turbati estis & cogita
tiones ascendunt in corda urā. Uidete manus meas & pedes quia
ipse ego sū. palpate & uidete. quia sp̄s carnē & ossa nō habet. sicut

me uidetis habere. Et cum hoc dixisset. ostendit eis manus & pedes. Adhuc
autem illis non credentib; & mirantib; prae gaudio dixit. Habetis hic aliquid
quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi. & fauum mellis.
Et cum manducasset coram eis. sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos.
Haec sunt uerba quae locutus sum ad uos. cum adhuc essem uobiscum. Quoniam neces
se est impleri omnia. quae scripta sunt in lege moysi & prophetis. & psalmis
de me. Tunc aperuit illis sensum. ut intellegerent scripturas.
Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est. & sic oportebat xpm pati. & resurge
re a mortuis die tertia. Et praedicari in nomine eius paenitentiam
& remissionem peccatorum. in omnes gentes. FERIA IIII. LECT
In diebus illis. Aperiens petrus os suum dixit. ACTUUM APLORUM
Uiri israhelitae. & qui timetis dm audite. Ds abraham & ds isaac &
ds iacob. ds patrum nostrorum glorificauit filium suum ihm. quem uos quidem
tradidistis & negastis ante faciem pilati. iudicante illo dimitti.
Uos autem sanctum & iustum negastis. & petistis uirum homicidam donari uo
bis. Auctorem uero uitae interfecistis. quem ds suscitauit a mortuis.
cuius nos testes sumus. Et nunc fratres. scio quia per ignorantiam fecistis.
sicut & principes uestri. Ds autem qui praenuntiauit per os omnium propheta
rum pati xpm suum. impleuit sic. Paenitemini igitur & conuertimini
ut deleantur uestra peccata. SECUNDUM IOHANNEM
In illo tempore. Manifestauit se ihs discipulis suis ad mare tiberiadis.
manifestauit autem sic. Erant simul simon petrus & thomas qui di
citur didymus. & nathanael qui erat a chana galileae. & filii ze
bedei. & alii ex discipulis eius duo. Dicit eis simon petrus. Uado pisca
ri. Dicunt ei. Uenimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt nauem. &

illa nocte nihil prendider̄. Mane autē iā facto stetit ihs in littore.
non tamē cognouer̄ discipuli quia ihs ē. Dicit ergo eis ihs. Pueri. nūquid
pulmentariū habetis? Responder̄ ei. Non. Dixit eis. Mittite in dex
terā nauigii rete. & inuenietis. Miser̄ ergo. & iā non ualebant il
lud trahere a multitudine pisciū. Dicit ergo discipulus ille quē
diligebat ihs petro. Dns est. Simon petrus cū audisset quia dns ē. tu
nicā succinxit se. erat enī nudus & misit se in mare. Alii autē discipu
li nauigio uener̄. Non enī longe erant a terra. sed quasi cubitis ducen
tis. trahentes rete pisciū. Ut ergo descender̄ in terrā. uider̄ prunas po
sitas & piscē suppositū. & panē. Dicit eis ihs. Afferte de piscib; quos
prendidistis nunc. Ascendit simon petrus & traxit rete in terrā ple
num magnis piscibus. centū quinquaginta tribus. Et cū tanti es
sent. non ē scissū rete. Dicit eis ihs. Uenite prandete. Et nemo au
debat discumbentiū interrogare eū. tu quis es. scientes quia dns ē. Et ue
nit ihs & accepit panē & dat eis. & piscē similiter. Hoc iā tertio ma
nifestatus ē ihs discipulis suis. cum resurrexisset a mortuis.

LECTIO ACTUUM APTORŪ. FERIA V.

In diebus illis. Angelus dni locutus ē ad philippū dicens. Surge & uade
contra meridianū ad uiā quę descendit ab hierusalē in gazā. haec est
deserta. Et surgens abiit. Et ecce uir ethiops eunuchus potens canda
cis reginę ethiopū qui erat sup omš gazas eius uenerat adorare in hie
rusalē & reuertebat̄. sedens sup currū suū legensq; isaiam pphetam.
Dixit autē sps philippo. Accede & adiunge te ad currū istū. Accur
rens autē philippus. audiuit illū legentē isaiā pphetā & dix. Putas
ne intellegis quae legis? Qui ait. Et quomodo possū nisi aliquis es

tenderit mihi? Rogavitq; philippum ut ascenderet & sederet secum.
Locus autem scripturę hic erat quem legebat. Tamquam ovis ad occisionem
ductus est. sicut agnus coram tondente se sine voce. sic non aperuit os suum.
In humilitate iudicium eius sublatum est. generationem illius quis enarra
bit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus phi
lippo dixit. Obsecro te de quo propheta dicit hoc. de se an de alio aliquo?
Aperiens autem philippus os suum. & incipiens ab scriptura ista evange
lizavit illi ihm. Et dum irent per viam. venerunt ad quandam aquam. Et a
it eunuchus. Ecce aqua quis prohibet me baptizari? Et iussit stare
currum. Et descenderunt uterq; in aquam philippus & eunuchus. & bap
tizavit eum. Cum autem ascendissent de aqua philippus & eunuchus. sps
dni rapuit philippum & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam
suam gaudens. philippus autem. inventus est in azoto. Et pertransiens ev
angelizabat civitatibus cunctis nomen dni nri ihu xpi. SEC IOHA
In illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo
fleret. inclinavit se & prospexit in monumentum. Et vidit duos ange
los in albis sedentes unum ad caput & unum ad pedes. ubi positum fuerat
corpus ihu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia
tulerunt dnm meum. & nescio ubi posuerunt eum. Haec cum dixisset & conver
sa est retrorsum. & vidit ihm stantem. & non sciebat quia ihs est. Dicit ei
ihs. Mulier quid ploras quem quaeris? Illa existimans quia hor
tolanus esset. dicit ei. Dne si tu sustulisti eum. dicito mihi ubi posu
isti eum. & ego eum tollam. Dicit ei ihs. Maria. Conversa illa. dicit
ei. Rabboni. quod dicitur magister. Dicit ei ihs. Noli me tange
re. nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos. &

dicens. Ascendo ad patrem meum et patrem uestrum. deum meum et deum uestrum.
Uenit maria magdalene adnuntians discipulis. quia uidi dominum.
et haec dixit mihi. FER. VI. LECT. EPT. BEATI PETRI APTI.
Karissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. iustus pro iniustis ut nos
offerret deo. Mortificatus carne. uiuificatus autem spiritu. In quo et his
qui in carcere erant spiritu ueniens praedicauit. qui increduli fuerant
aliquando quando expectabant dei patientiam. In diebus noe cum fa
bricaretur arca. in qua pauci id est octo animae salue factae sunt per
aquam. Quod et uos nunc similis formae. saluos facit baptisma. Non
carnalis depositio sordium. sed conscientiae bonae interrogatio in deum.
per resurrectionem iesu christi domini nostri. qui est in dextera dei. SECUNDUM
In illo tempore. Undecim discipuli abierunt in galileam. MATHEUM
in montem ubi constituerat illis iesus. Et uidentes eum adorauerunt.
quidam autem dubitauerunt. Et accedens iesus. locutus est eis dicens. Data
est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes
gentes. baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Docentes eos
seruare omnia. quaecumque mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omni
bus diebus. usque ad consummationem saeculi. SAB. LECT. EPT. BEATI
Karissimi. Deponentes omnem omnem malitiam et omnem dolum. PETRI APT.
et simulationes et inuidias. et omnes detractiones. sicut modo geniti infan
tes rationales sine dolo. lac concupiscite ut in eo crescatis in salutem. Si
gustastis quoniam dulcis est dominus. ad quem accedentes lapidem uiuum. ab hominibus
quidem reprobatum. a deo autem electum et honorificatum. Et ipsi tamquam lapi
des uiui superaedificamini domus spiritales. sacerdotium sanctum. offeren
tes spiritales hostias. acceptabiles deo per iesum christum. Propter quod conti

ne scripturę. Ecce ponam in sion lapidem summum angularem electum pretiosum.
& omnis qui crediderit in eum non confundetur. Uos autem genus electum, rega
le sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis: ut uirtutes adnunti
etis eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Qui ali
quando non populus, nunc autem populus dei. Qui non consecuti miseri
cordiam, nunc autem misericordiam consecuti. SECUNDUM IOH.

In illo tempore. Una sabbati maria magdalene uenit mane cum adhuc
tenebre essent ad monumentum. & uidit lapidem sublatum a monumento.
Cucurrit ergo & uenit ad simonem petrum & ad alium discipulum quem ama
bat ihs. & dicit eis. Tulerunt dominum de monumento. & nescimus ubi posuerunt eum.
Exiit ergo petrus & ille alius discipulus. & uenerunt ad monumentum. Curre
bant autem duo simul. & ille alius discipulus precucurrit citius petro &
uenit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset uidit linteamina po
sita. non tamen introiuit. Uenit ergo simon petrus sequens eum. & introiuit
in monumentum. Et uidit linteamina posita. & sudarium quod fuerat su
per caput eius. Non cum linteaminibus positum. sed separatim inuolutum in
unum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat primus
ad monumentum. & uidit & credidit. Nondum enim sciebant scripturas quia
oporteret eum a mortuis resurgere. DOMIN. OCT. PASCHE.

LECTIO EPT BEATI IOHANNIS APTI.

Karissimi. Omne quod natum est ex deo uincit mundum. Et hec est uictoria que uin
cit mundum, fides nostra. Quis est qui uincit mundum nisi qui credit quoniam ihs est
filius dei. Hic est qui uenit per aquam & sanguinem ihs xps. Non in aqua solum.
sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur quoniam xps est ueritas. Quoniam tres
sunt qui testimonium dant. Spiritus, aqua & sanguis. Et tres unum sunt.

Si testimonium hominum accipimus. testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est. quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei. habet testimonium dei in se.

SECUNDUM IOHAN.

In illo tempore. Cum esset sero die illo una sabbatorum & fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum. uenit ihesus & stetit in medio & dicit eis. pax uobis. Et hoc cum dixisset. ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli. uiso domino. Dixit ergo eis iterum. pax uobis. Sicut misit me pater. & ego mitto uos. Hoc cum dixisset. insufflauit & dicit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata. remittuntur eis. Et quorum retinueritis. retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didimus. non erat cum eis quando uenit ihesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Uidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum & mittam digitum meum in locum clauorum. & mittam manum meam in latus eius non credam. Et post dies octo. iterum erant discipuli eius intus. & thomas cum eis. Uenit ihesus ianuis clausis. & stetit in medio & dixit. pax uobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc. & uide manus meas. Et affer manum tuam & mitte in latus meum. & noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas & dixit ei. Dominus meus & deus meus. Dicit ei ihesus. Quia uidisti me credidisti. beati qui non uiderunt & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum. que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis. quia ihesus est christus filius dei. Et ut credentes uitam habeatis in nomine eius.

IN PASCHA ANNOTINA. LEC. EPL. B. P. APLI AD EPHES.

Fratres. Non cesso gratias agens pro uobis memoriam uestri faciens in orationibus meis. ut deus domini nostri ihesu christi pater glorie. det uobis spiritum sapientie & reuelationis in agnitione eius inluminatos oculos cordis uestri. ut sciatis que

sit spes uocationis eius· que diuitię glorię hereditatis eius in scis.
& que sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nobis qui credidi
mus· secundū operationē potentię uirtutis eius quā operatus est
in xpo· Suscitans illū a mortuis & constituens ad dexterā suā
in cęlestibus· supra omnē principatū & potestatē & uirtutē & do
minationē· Et omne nomen qđ nominatur non solum in hoc sęculo·
sed & etiam in futuro· SECUNDŪ IOHANNEM
In illo tēpore· Erat homo ex phariseis nichodemus nomine· princeps iude
orū· Hic uenit ad ihm nocte· & dicit ei· Rabbi· scimus quia a dō uenisti
magister· Nemo enī potest haec signa facere que tu facis· nisi fuerit
ds cū eo· Respondit ihs & dixit ei· Amen amen dico tibi· nisi quis natus
fuerit denuo· non potest uidere regnū dī· Dicit ad eū nichodemus· Quo
modo potest homo nasci cū sit senex· Nūquid potest in uentrē ma
tris suę iterato introire & nasci· Respondit ihs· Amen amen dico
tibi· nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū· non potest introire in
regnū dī· Qđ natū ē ex carne· caro est· Et qđ natū ex spū· sps est.
Non mireris quia dixi tibi· oportet uos nasci denuo· Sps ubi uult spirat·
& uocē eius audis· sed nescis unde ueniat & quo uadat· Sic est omnis qui
natus ē ex spū· Respondit nichodemus & dixit ei· Quomodo possunt hęc
fieri· Respondit ihs & dixit ei· Tu es magister israhel & haec ignoras·
Amen amen dico tibi· quia qđ scimus loquimur & qđ uidimus testamur·
& testimoniū nrm non accipitis· Si terrena dixi uobis & non creditis·
quomodo si dixero uobis cęlestia credetis· Et nemo ascendit in cę
lū nisi qui descendit de cęlo· filius hominis qui est in cęlo· Et sicut mo
yses exaltauit serpentem in deserto· ita exaltari oportet filiū ho

mnis. Ut omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat uitam aeternam.

DOM. I. POST PASC. LEC EPL BEATI PETRI APLI.

KMI. Xps passus est pro nobis uobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fec. nec inuentus e dolus in ore eius. Qui cum maledicer& non maledicebat. Cum pater& non comminabat. Tradebat aute iudicanti se iniuste. Qui peccata nra ipse pertulit in corpore suo sup lignu. ut peccatis mortui iustitiae uiuamus. Cuius liuore sanati estis. Eratis enim aliquando sicut oues errantes. sed conuersi estis nunc ad pastore & epm animarum uestrarum. SECUNDU IOHANNEM

Illo tpr. Dixit ihs discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor. animam sua dat pro ouibus. Mercennarius & qui non e pastor. cuius non sunt oues ppriae. uid& lupum uenientem. & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit. & dispgit oues. Mercennarius autem fugit quia mercennarius e & non pertin& ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus. Et cognosco meas. & cognoscunt me meae. Sicut nouit me pater & ego agnosco patre. & animam meam pono pro ouib; meis. Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc ouili. & illas oport& me adducere & uoce mea audient. Et fi& unu ouile. & unus pastor. DOM. II. POST OCTAU PASC. LEC EPL BEATI PETRI APLI.

KMI. Obsecro tamquam aduenas & peregrinos abstinere uos a carnalib; desideriis quae militant aduersus animam. Conuersationem uram inter gentes habentes bona. ut in eo quod detrectant de uobis tamquam de malefactorib; ex bonis operibus uos considerantes. glorificent dm in die uisitationis. Subiecti estote omni humanae creaturae. propter dm. Siue regi. quasi praecellenti. Siue ducib; tamquam ab eo missis. ad uindictam malefactoru. laudem uero bonoru. Quia sic est uoluntas di. ut benefacientes obmutescere faciatis inprudentium homi

num ignorantiã. Quasi liberi & non quasi uelamen habentes malitię liber
tatẽ. sed sicut serui dĩ. Omš honorate. fr̃nitatẽ diligite. Dm̃ timete.
regẽ honorificate. Serui subditi estote in omi timore dominis. Non
tantũ bonis & modestis. sed & etiã discolis. Haec ẽ enĩ gratia. In xp̃o ihũ
dño nostro. SEQ. SCI EUANG. SECUNDU IOH.

In illo tẽp̃r. Dixit ihš discipulis suis. Modicũ & iam nõ uidebitis me. &
iterũ modicũ & uidebitis me. quia uado ad patrẽ. Dixer̃ ergo ex dis
cipulis eius ad inuicẽ. Quid ẽ hoc qđ dicit nob modicũ & nõ uidebitis me.
& iterũ modicũ & uidebitis me & quia uado ad patrẽ. Dicebant
ergo. Quid est hoc qđ dicit modicũ. Nescimus quid loquit̃. Cog
nouit autẽ ihš quia uolebant eũ interrogare. & dixit eis. De hoc quęri
tis int̃ uos quia dixi modicũ & nõ uidebitis me. & iterũ modicũ & uidebi
tis me. Amen amen dico uobis. quia plorabitis & flebitis uos. mundus
autẽ gaudebit. Uos autẽ contristabimini. sed tristitia ur̃a uert& ur
in gaudiũ. Mulier cũ parit tristitiã hab&. quia uenit hora eius.
Cũ autẽ peperit puerũ. iã non meminit pressurę propt̃ gaudiũ quia
natus ẽ homo in mundũ. Et uos igit̃ nunc quidẽ tristitiã hab&is. Ite
rum autẽ uidebo uos. & gaudebit cor ur̃m. Et gaudiũ ur̃m. nemo toll&
a uobis. DOM. III. POST PAS. LEC EPL B IACOBI APLI

KMI. Omne datũ optimũ & omne donũ pfectũ. desursum ẽ descendẽs
a patre luminũ. Apud quẽ nõ ẽ transmutatio. nec uicissitudinis obũ
bratio. Uoluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis. ut simus initiũ aliqđ
creaturę eius. Scitis fr̃s mei dilectissimi. sit autẽ omš homo uelox ad
audiendũ. tardus autẽ ad loquendũ & tardus ad irã. Ira enĩ uiri
iustitiã dĩ non operat̃. Propt̃ qđ abicientes omnẽ inmunditiã & a

bundantiā malitiae. In mansuetudine suscipite insitū uerbū. qđ potest
saluare animas uestras. **SEQ. SCI EUANGL. SEC. IOHAN.**
In illo tēpore. Dixit ihs discipulis suis. Uado ad eū qui me misit. & nemo
ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hęc locutus sū uob. tristitia
impleuit cor urm̄. Sed ego ueritatē dico uobis. expedit uobis ut ego
uadā. Si eni non abiero. paraclitus n̄ ueniet ad uos. Si aut abiero.
mittā eū ad uos. Et cū uenerit. ille arguet mundū de peccato. & de iusti
tia. & de iudicio. De peccato quidē quia n̄ crediderunt in me. De iustitia ue
ro. quia ad patrē uado. & iam n̄ uidebitis me. De iudicio aut. quia prin
ceps mundi huius iā iudicatus ē. Adhuc multa habeo uob dicere. sed
non potestis portare modo. Cū aut uenerit ille sps ueritatis. docebit
uos omnē ueritatē. Non eni loquet a semet ipso. sed quęcūq; audi
et loquet. & quę uentura sunt adnuntia[bit] uobis. Ille me clarificabit
quia de meo accipiet & adnuntiabit uobis. **IN NAT. APLORU**
PHILIPPI ET IACOBI. LEC. ACTUUM APLORU.
In diebus illis. Exsurgens princeps sacerdotū & omis qui cū illo erant quę
est heresis sadduceorū. repleti sunt zelo. & iniecer manus in aplos. & posuer
illos in custodia publica. Angelus aut dni p noctē aperiens ianuas
carceris. & educens eos dix. Ite & stantes loquimini in tēplo plebi.
omnia uerba uitę huius. Qui cū audissent. intrauerunt diluculo
in templum. & docebant. **SEQ. SCI EU. SEC. IOHANNE.**
In illo tēpore. Dix ihs discipulis suis. Non turbet cor urm̄. Creditis
in dm̄ & in me credite. In domo patris mei. mansiones multę sunt.
Si quo minus dixissē uobis. quia uado parare uobis locū. Et si abie
ro & pparauero uobis locū. iterū uenio & accipiā uos ad me ipsum.

Ut ubi sum ego & uos sitis. Et quo ego uado scitis & uiam scitis. Dicit ei thomas.
Dne non scimus quo uadis & quomodo possumus uiam scire. Dicit ei ihs.
Ego sum uia & ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Si
cognouissetis me & patrem meum utique cognouissetis. Et amodo cog
noscetis eum & uidistis eum. Dicit ei philippus. Dne ostende nobis pa
trem & sufficit nobis. Dicit ei ihs. Tanto tempore uobiscum sum & non cognouis
tis me philippe. Qui uidet me uidet & patrem. Quomodo tu dicis
ostende nobis patrem. Non creditis quia ego in patre & pater in me est.
Verba que ego loquor uobis a me ipso non loquor. Pater autem in me manens
ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre & pater in me est. Ali
oquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico uobis qui credit in
me opera que ego facio & ipse faciet & maiora horum faciet quia ego
ad patrem uado. Et quodcumque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam.

IN INUENT SCE CRUCIS. LEC EPL BEATI PAUL AP

FRS. Confidimus de uobis in dno ihu quod nihil aliud AD GALATH
sapietis. Qui autem conturbat uos portabit iudicium quicumque est ille. Ego autem
fratres si circumcisionem predico quid adhuc persecutionem patior. Ergo euacu
atum est scandalum crucis. Utinam & abscidantur qui uos conturbant. Uos eni
in libertatem uocati estis frs. tantum ne libertatem in occasionem detis carnis.
sed per caritatem seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur.
Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis ui
dete ne ab inuicem consumamini. Mihi autem absit gloriari nisi in
cruce dni nri ihu xpi. per quem mihi mundus crucifixus est. & ego
mundo. SEQ SCI EUANG SECUNDU IOH.
In illo tempore. Erat homo ex phariseis. Require sup. in pascha annotin.

K DOM. IIII. POST OCT PASC. LEC EPL BEATI IA-
KMI. Estote factores uerbi & non auditores tantum. COBI APLI
fallentes uosmet ipsos. Quia si quis auditor est uerbi & non factor, hic comparabi-
tur uiro consideranti uultum natiuitatis suae in speculo. Considerauit enim
se & abiit. & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in le-
gem perfectam libertatis & permanserit. non auditor obliuiosus factus sed
factor operis. hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religi-
osum esse. non refrenans linguam suam sed seducens cor suum. huius uana est reli-
gio. Religio munda & inmaculata apud deum & patrem. haec est. Uisi-
tare pupillos & uiduas in tribulatione eorum. Et inmaculatum se custo-
dire ab hoc saeculo. SEQ SCI EUANG SEC IOHAN.

In illo tempore. Dixit ihc discipulis suis. Amen amen dico uobis. si quid
petieritis patrem in nomine meo. dabit uobis. Usque modo non petistis quic-
quam in nomine meo. Petite & accipietis. ut gaudium uestrum sit plenum. Haec
in prouerbiis locutus sum uobis. uenit hora cum iam non in prouerbiis loquar uo-
bis. sed palam de patre adnuntiabo uobis. Illo die in nomine meo pete-
tis. Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat
uos. quia uos me amatis. & credidistis quia ego a deo exiui. Exiui a pa-
tre & ueni in mundum. Iterum relinquo mundum. & uado ad patrem. Di-
cunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris. & prouerbium nullum dicis.
Nunc scimus quia scis omnia. & non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc
credimus quia a deo existi. IN LAETANIA MAIORE.

LECTIO EPL BEATI IACOBI APOSTOLI.

KMI. Confitemini alterutrum peccata uestra. & orate pro inuicem ut salue-
mini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat

similis nobis passibilis. & oratione oravit ut non plueret super terram. &
non pluit annos tres & menses sex. Et rursum oravit. & caelum dedit plu
viam. & terra dedit fructum suum. Si quis autem erraverit ex vobis a ve
ritate & converterit quis eum. scire debet quoniam qui converti fecerit pec
catorem ab errore viae suae. salvabit animam eius a morte. Et operi
et multitudinem peccatorum. SECUNDUM LUCAM

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicum
& ibit ad illum media nocte & dicet illi. Amice commoda mihi tres
panes quoniam amicus meus venit de via ad me. & non habeo quod ponam ante
illum. Et ille deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse. iam
ostium meum clausum est & pueri mei mecum sunt in cubili. non possum surgere
& dare tibi. Et ille si perseveraverit pulsans. dico vobis & si non dabit illi sur
gens eo quod amicus eius sit. propter improbitatem tamen eius surget & dabit il
li quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico. petite & dabitur vobis.
Querite & invenietis. pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit ac
cipit. & qui querit invenit. & pulsanti aperietur. Quis autem ex vo
bis patrem petit panem. numquid lapidem dabit illi? Aut piscem. numquid
pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ovum. numquid porriget
illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali. nostis bona data dare fili
is vestris. Quanto magis pater vester de celo. dabit spiritum bonum petentibus se.

IN VIGL. ASCENS. DNI. LEC. EPL. BEATI PAULI APLI

FRATRES. Unicuique nostrum data est gratia secundum AD EPHESIOS
mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captivam
duxit captivitatem dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est
nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae. Quid escen